adesignato loco paululum retro versus sanctuarium quam potes secedas. ut fenestras et videre et numerare possis. (21r) IN Purificatione sanctae MARIĘ dum stellam quę in genu artophilacis est. inter tertiam et quartam dormitorii fenestram videris (=) ita tamen ut vicinior videatur tertię quam quartę. IN transitu sancti Patris BENEDICTI. XII (al. XI) videlicet kl. april. dum contra sextam dormitorii fenestram lances quasi alte positas videris. vel stellam de genu Artophylacis. contra medium spatium quod est inter tertiam (!) et quartam dormitorii fenestram. (21v) In festivitate sancti Iohannis praecursoris dni. dum signum sagittae contra spatium. quod est inter quintam et sextam dormitorii fenestram videris. ita tamen ut vicinius sit quintę quam sexte (!). seu cum caput eius. contra secundam dormitorii fenestram quasi tecto superiacente videris. IN festivitate scorum PETRI et PAULI. quando ipsum caput quasi vicinum. tertię dormitorii fenestre videris. et signum sagitte. IN Kalendis (22r) Augusti et in festivitate sancti Germani quę eas precedit. dum videris signum sagitte. contra spatium quod est. inter tertiam (!) et quartam refectorii fenestram. certo

loco iuxta polum scilicet constitutus atque ad meridiem conversus. tunc ad commovendum signum nocturnalium gyrorum te ppara. IN translatione sancti Stephani. dum eam inter primam et secundam videris. IN festivitate sci MATHEI. conversus ad orientem. (22v) dum contra primam dormitorii fenestram quę est iuxta parietem sancti aniani. duas geminorum videris stellas. IN Festivitate sancti Michaelis Archangeli. similiter contra orientem spectans. ad dexteram partem de via secede. et ubi eosdem geminos quasi super scripturam altaris sancti ANIANI videris. tunc horam surgendi scito esse. Porro in sollempnitate sancti Hieronimi et in sancti Remigii. ubi ipsas stellas inter (23r) secundam et tertiam dormitorii. videris fenestram. sic tamen ut propiores videantur esse secundę. fenestrę quam tertię. IN Aptorum Simonis et iudę natalicio. ad austrum spectans. dum signum ORIONIS quasi super tectum armarii quod est inter dormitorium et refectorium videris. ita tamen ut vicinius (t proximius) primę refectorii fenestrę videatur. IN sollempnitate omnium sanctorum. ad orientem convertere. (23v) et dum contra spatium quod est inter primam et secundam dormitorii fenestram